

From the *Liber Usualis* (1903)


—Dom André Mocquereau—

Dimanche dans l'Octave de l'Épiphanie. 205

Le Dimanche dans l'Octave de l'Épiphanie.

Intr. 8.

I



N excélso thró-no * ví-di se- dé- re ví-
rum, quem adó- rat multi-tú-do Ange-ló- rum,
psallén- tes in ú- num : ecce cújus impé- ri- i
nómen est in æ- térrum. *Ps.* Jubi-láte Dé- o ómnis
tér- ra : serví- te Dómino in læ- tí- ti- a. Gló- ri- a Pátri.
E u o u a e.

Collecte.

VOta, quæsumus Dómine, supplicántis pópuli cælésti pietáte prosé-
quere : ut et quæ agénda sunt, vídeant; et ad implénda quæ víde-
rint, convaléscant. Per Dóminum nostrum.

Mémoire de l'Épiphanie. Collecte. Deus. 201.

Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Romanos.

Rom. 12.

Fratres : Obsecro vos per misericórdiam Dei, ut exhibéatis córpora
vestra hóstiam vivéntem, sanctam, Deo placéntem, rationábile obsé-
quium vestrum. Et nolite conformári huic sæculo, sed reformámini in
novitáte sensus vestri : ut probétiis quæ sit volúntas Dei bona, et bené-
placens, et perfécta. Dico enim per grátiam, quæ data est mihi, ómnibus
qui sunt inter vos : Non plus sápere quam opórtet sápere, sed sápere
ad sobrietátem : et unicuique sicut Deus divisit mensúram fidei. Sicut
enim in uno córpore multa membra habémus, ómnia autem membra non
eúmdem actum habent : ita multi unum corpus sumus in Christo, sín-
guli autem alter altérius membra : in Christo Jesu Dómino nostro.

Grad. 7.

B Enedí- ctus *Dó-minus Dé- us I-sra-
 el, qui fá-cit mi-rabí-li- a má-
 gna só- lus a sæ- cu-
 lo. Ψ . Suscí-pi- ant món-
 tes pá-
 cem pó- pu-
 lo tú- o, et cól- les *
 justí- ti- am.

3.


A Llé- lú- ia. *ij. Ψ . Jubi- láte Dé-
 o ó- mnis ter- ra : serví- te Dó-
 mi- no * in læ- tí- ti- a.

✠ **Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam.**

Luc. 2. f.

CUM factus esset Jesus annorum duodecim, ascendētibz illis Jerosolymam secundum consuetudinem diēi festi, consummatisque diēbus, cum redirent, remansit puer Jesus in Jerusaleme, et non cognoverunt parentes ejus. Existimantes autem illum esse in comitatu, venerunt iter diēi, et requirebant eum inter cognatos et notos. Et non inveniētes, regressi sunt in Jerusaleme, requirentes eum. Et factum est, post triduum invenērunt illum in templo sedentem in medio doctorum, audientem illos, et interrogantem eos. Stupēbant autem omnes, qui eum audiebant, super prudentia et responsis ejus. Et vidētes admirati sunt. Et dixit mater ejus ad illum: Fili, quid fecisti nobis sic? ecce pater tuus, et ego dolētes quærebāmus te. Et ait ad illos: Quid est, quod me quærebātis? nesciebātis, quia in his, quæ Patris mei sunt, oportet me esse? Et ipsi non intellexerunt verbum, quod locutus est ad eos. Et descendit cum eis, et venit Nazareth: et erat subditus illis. Et mater ejus conservabat omnia verba hæc in corde suo. Et Jesus proficiebat sapientia, et ætate, et gratia apud Deum et homines. Credo.

Offert. 5.



J Ubi-lá- te *Dé- o ómnis
 tér- ra, servi- te Dó- mi-no in
 læ- tí-ti- a : intrá- te in conspéctu é-
 jus in exsulta-ti- ó- ne, qui- a Dó-mi- nus
 í- pse est Dé- us.

Secrète.

Oblatum tibi, Dómine, sacrificium vivificet nos semper, et múniat. Per Dóminum nostrum.

De l'Épiphanie. Secrète. Ecclésiæ tuæ. 203.

Comm. 1.



F I- li, * quid fe-cisti nó- bis sic? é- go et
 páter tú- us do-lén- tes quærebá-mus te. Et quid est
 quod me quærebá- tis? Nesci- ebá- tis qui- a in his
 quæ Pátris mé- i sunt, opórtet me é- sse?

Postcommunion.

Supplices te rogāmus, omnipotens Deus: ut quos tuis réficis sacramētis, tibi etiā plácitis móribz dignāter deservire concēdas. Per Dóminum nostrum.

De l'Épiphanie. Postcommunion. Præsta, quæsumus. 203.

A VÈPRES